



IN EXALTATIONE S. CRUCIS

Epístola Philipp. 2, 5-11

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu : qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æqualem Deo : sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obœdiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum : ei donávit illi nomen, quod est super omne nomen : (hic genuflectitur) ut in nómine Iesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium et inférno rum : et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

Hermanos: Porque esto mismo sentid en vosotros, lo que también en Cristo Jesús: el cual, siendo en forma de Dios, no estimó como rapiña el ser igual a Dios; sino que a sí mismo se anonadó, tomando forma de siervo, hecho en semejanza de los hombres, y hallado en figura como hombre. Se humilló a sí mismo, hecho obediente hasta la muerte, y muerte de cruz.

Por lo cual también Dios le exaltó, y le dio un nombre que es sobre todo nombre; para que en el nombre de Jesús se doble toda rodilla de los celestiales, los terrenales y los infernales, y toda lengua confiese que el Señor Jesucristo está en la gloria de Dios Padre.

GRADUAL Ps. 83. 10, 9

Christus factus est pro nobis obœdiens usque ad mortem, mortem autem crucis.
Ÿ. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Cristo se hizo por nosotros obediente hasta la muerte, y muerte de cruz.
Ÿ. Por lo cual Dios también lo exaltó, y le dio un nombre que es sobre todo nombre.

Aleluya

ALLELUIA, alleluia.
Ÿ. Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera : quæ sola fuísti digna sustinére Regem cælórum et Dóminum. Allelúia

Aleluya, aleluya.
Ÿ. Dulce madero, dulces clavos, que llevas dulces cargas: tú sola fuiste digna de sostener al Rey de los cielos y al Señor. Aleluya

+ EVANGELIO +

Ioann. 12, 31-36

In illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudæórum: Nunc iudícium est mundi : nunc princeps huius mundi eiciátur foras. Et ego si exaltátum fuero a terra, ómnia traham ad meipsum. (Hoc autem dicébat, significans, qua morte esset moritúrus.)
Respóndit ei turba. Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum : et quómodo tu dicis : Opórtet exaltári Fílium hóminis ? Quis est iste Fílius hóminis ? Dixit ergo eis Iesus : Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte, dum lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehéndant : et qui ámbulat in ténebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habétis, créдите in lucem, ut filii lucis sitis.

En aquel tiempo, dijo Jesús a las turbas de los judíos: Ahora es el juicio del mundo; ahora el príncipe de este mundo será echado fuera. Y yo, si fuere exaltado de la tierra, atraeré a todos hacia mí. (Esto lo decía indicando de qué muerte iba a morir).

Le respondió la multitud: Hemos oído de la Ley que el Cristo permanece para siempre. ¿Y cómo dices tú: Es necesario que el Hijo del Hombre sea exaltado? ¿Quién es ese Hijo del Hombre? Entonces Jesús les dijo: Aún por un poco de tiempo la luz está entre vosotros. Caminad mientras tenéis la luz, para que no os sorprendan las tinieblas; y el que camina en tinieblas no sabe adónde va. Mientras tenéis la luz, creed en la luz, para que seáis hijos de la luz.